

Bischof Nicolaus von Merseburg gestattet die Verlegung des Festes des heil. Augustinus auf den jedesmaligen Sonntag, an welchem der Bartholomäi-Jahrmarkt in Grimma gehalten wird.

Merseburg, 1419 Oct. 1.

Hilschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Grimma. Für das fehlende S. sind Einschnitte im Pergament vorhanden.

5

Ann.: Vergl. Lorenz Grimma 456 f. und oben No. 54.

Nicolaus dei gracia episcopus Merseburgensis universis et singulis Christi fidelibus presentibus et futuris cupimus fore notum, quod pro parte | providorum virorum proconsulum consulum et opidanorum opidi Grymnis nostre diocesis ad nostram noticiam *deductum est*), quod illustris | princeps dominus Fridericus senior lantgravius Thuringie 10 et marchio Missenensis nundinas sive annale forum dicto opido | Grymmis, quod pluribus amenitatibus pollet habundancia victualium fluvio *navigabili^{b)}) fertilitate ac alias multis prediis et possessionibus circumiacentibus ditatum, racione principatus et domini ipsius domini Friderici celebrari proxima dominica post festum sancti Bartholomei apostoli singulis annis graciose concessit pro communi bono fructu et utilitate ipsius opidi aliarumque 15 terrarum circumiacencium, nobisque pro parte prefatorum principis proconsulum consulum et opidanorum nec non religiosorum virorum prioris et conventus monasterii sancti Augustini ordinis heremitarum dicti opidi Grymmensis extitit humiliter supplicatum, quatenus festum sancti Augustini in eandem dominicam nundinarum in perpetuum ponere et transferre auctoritate nostra ordinaria dignaremur ex eo et pro eo, quod tunc propter 20 multitudinem populi, qui in dictis nundinis congregabitur, beatus Augustinus, egregius doctor et lumen sancte ecclesie, devocius et copiosius honoraretur et ipsius monasterii visitacio diligencius frequentaretur propter magnas et diversas indulgencias dicto monasterio in festo sancti Augustini concessas nec non ex aliis certis causis racionabilibus tunc nobis propositis. Quibus auditis et super eis maturis habitis consiliis huiusmodi 25 causas reputantes racionabiles atque iustas ac toto cordis affectu desiderantes, prout ad nostrum pastorale spectat officium, deo et sanctis eius populum reddere acceptabilem cumque iusta petentibus maxime que salutem respiciunt animarum non est denegandus assensus: nos auctoritate nostra ordinaria et ex debito nostri pastoralis officii prefatum festum sancti Augustini in quemcumque diem ceciderit, sive fuerit ante sive post dictam 30 dominicam post dictum festum sancti Bartholomei, in ipsam dominicam nundinarum duximus ponendum et transferendum et cum indulgenciis privilegiisque suis, prout prius solitum fuit celebrari, ponimus et transferimus in prefata dominica nundinarum celebrandum in hiis scriptis. Hanc autem nostram translacionem decernimus duntaxat in dicto opido Grymmis ac districtu et territorio eiusdem opidi per Christi fideles servandam, volumus 35 tamen extraneos ipsum monasterium in dicto festo visitantes participes fieri indulgenciis dicto monasterio concessis in perpetuum presentibus duraturis. In cuius rei testimonium presentes nostras translacionis litteras nostro maiori sigillo mandavimus roborari. Datum

87. a) deducto. b) navigali.